

idnest verum? immo id est genus hominum pessimum in 5
 630 denegando modo quis pudor paullum adest;
 post ubi tempu' promissa iam perfici,
 tum coacti necessario se aperiunt,
 et timent et tamen res premit denegare;
 ibi tum eorum impudentissima oratio 10
 635 "quis tu es? quis mihi es? quor meam tibi? heus
 proximus sum egomet mihi."
 at tamen "ubi fides?" si roges,
 nil pudet hic, ubi opus [est]; illi ubi
 638^a nil opust, ibi verentur.

sed quid agam? adeo ad eum et cum eo iniuriam hanc 15
 expostulem?

640 ingeram mala multa? atque aliqui' dicat "nil promoveris":
 multum: molestus certe ei fuero atque animo morem
 gessero.

PA. Charine, et me et te imprudens, nisi quid di respi-
 ciunt, perdidit.

CH. itane "imprudens"? tandem inventast causa: solvisti
 fidem.

PA. quid "tandem"? *CH.* etiamnunc me ducere istis 20
 dictis postulas?

645 *PA.* quid istuc est? *CH.* postquam me amare dixi, con-
 placitast tibi.

heu me miserum qui tuum animum ex animo spectavi meo!